



Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]
Scriptoribus plenißimum, cum occurrentium fidei controuersiarum
tractatione.

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1620

Dominica Tertia Post Epiphan[iam].

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56314)

providentiam erga matrimonia coniugatosque demonstra, non pariteris quidquam iis deesse, at vinum honesti folaminis, lætitiæque Christianæ multiplicæ, ac delicias coniugi adauge. Præsta, inquam, Domine, ut in iugo illo amoris, in mutua illa copula corporumque coniunctione non nisi amor, pax, amicitia, dilectio, & sincerus affectus reperiantur, ut benedictionibus tuis hoc in mundo locupletati, & donati coniuges, tandem aliquando in cœlesti regione, in qua nullus de connubiis matrimoniiisq; sermo, ubi neque nubent, neque nubentur, honorem & gloriam tibi sempiternâ dare queant, ad quam qui aquam hodie mutare in vinum dignatus est, & cum Patre & Spiritu S. vivit & regnat in sæculorum sæcula deducere nos dignetur. Amen.

DOMINICA TERTIA.
POST EPIPHAN.

Partes.

1. Vanam gloriam esse noxiam.
2. Leporam inficere.
3. Breve orationem esse efficiacem.
4. Humilem suum orantem multum prodesse.
5. Iesum cito sanare.
6. Ad sacerdotes remittere.
7. Ingratitudinem Deo odibilem esse.

Domine, si vis, potes me mundare. Matth. 8.

FIGURA.

4. Reg. 5.

ELISÆVS Propheta Dei mundavit olim in veteri lege Naaman Syrum Purpuratum, quem lepra infecerat: hodie vero omnium Prophetarum rex ac Dominus Christus pauperẽ leprosum pristino nitore restituit. Vtrinque mundatio, sed cum aliquo tamen discrimine coniuncta: Elisæus alienigenam illũ virtute Dei sanavit, Christus vero mendicum hunc propria auctoritate & potetia; ille ad Iordanem, hic ad sacerdotes mittitur. Atque hic Evangelij hodierni nucleus & princeps pars est, quam ut ad maiorem Dei gloriam, animarumque vestrarum salutem explicem, Sanctissimi Spiritus auxilium pre-

cibus gloriosa Deiparæ, & illius mediante suffragio enixe contendamus, ideoque omnes in genua prouoluti salutatione Angelica eam salutemus. *Aus Maria.*

Inter cunctos virtutis hostes, bonorumq; operum antagonistas nullus deterior, magisq; formidandus excogitari potest, quam inanis gloria, & vana quædam de habita vel exercita virtute præsumptio. Hæc nimirum Basil. opum spiritualium prædatricem, thesauri animæ direptricem appellat, multisq; aliis eam nominibus describit, quæ & horrorem & admirationem audientibus afferant, ut tamen eadem sciatis, eius hæc verba adducam: *Inanis gloria spiritualium opum est latro, blandus animarum hostis, sub mellis illicitæ fraudis sua venena propinat, & poculum mortiferum porrigit.*

Equidem dum sanctissimi Præsulis hæc verba audio, genuinam mihi meretricis, de qua in Apocalypsi, audire descriptionem videtur, quæ ostro & coccino circumdata, & auro circumquaque rutilans, aureum manu poculum, sed abominatione & immunditia plenum, gestans omnibus tartareum & nefandum liquorem propinat. Quid enim inanis gloria aliud quam meretrix, pretiosis induta vestibus, ex honore & laude aliena contextis, aurea manu vasa, id est, merita ac virtutes præferens, quæ deinde vniuique demonstrat; at omnia lordent, & horrendis abominationibus referta sunt.

Ezechias rex quod arcas referasset, & thesauros Assyriorum legatis ostentasset, graviter à Propheta correptus pœnas dedit, & post eum filius, qui vna cum suis & congesto thesauro in Babylonem captivus abductus est. Dixit itaque Isaias, mala interminando, Ezechia: *Audi sermonem Domini, Ecce dies venient, & auferentur omnia quæ sunt in domo tua, & quæ condiderunt patris tui usque in diem hanc, in Babylonem, &c.* Assyrii hi repræsentant proximum nostrum, cui animæ nostræ thesaurum, opera, inquam, pia virtutesque ostentamus, cum laudari ob eadem & magnificari volumus, quæ vera sanctorum hominum pestis est & exitium.

Manna, quo olim in deserto reficiebantur Israëlita; dũ per diem sabbati custodiretur, Manna incre-

I. Vanæ gloriæ pestis

Vana gloria meretricis Apocalypseo comparatur. Apoc. 17.

Ezechias quod thesauros legatis ostentasset, graviter ostendit. 4. Reg. 20.

4. Reg. 20.

Exod. 16. incre-

die sabbati non putrescebat, sed aliis diebus.

integrum permanebat & recens; sed dum aliis diebus collectum in sequentem diem referuaretur, verminabat postridie & putrescebat. Ita opera bona dum referuatur in diem sabbati celestis, vt ibidem laudem, & gloriam sempiternam obtineant, integra perseverant, nullique corruptioni obnoxia; sed aliis diebus in vita huius hebdomade laudata, quamprimum putrescunt, quin peccatorum vermes progignunt.

Manus bonorum operum symbolū.

Manus Moysi quamdiu sinu cōtinebatur, sana & vitax apparebat; sed in apertū prolata, & sinu exerta lepram præferebat. Et, quia manus sacris in literis opera designat, mystice hic innuitur, opera nostra, quamdiu animæ sinu cōtinentur, & intra pectoris latebras delitescunt, sana Deoq; gratissima existere; sed in apertum prolata, mundoq; demonstrata, quo laudem & gloriam aliquam adipiscamur, leprosa & maculosa esse, quavis & Moses ipse eadē fecisset. Inanis igitur gloriæ lux opera nostra lepra sordidissima inficit.

Vana gloria basilisco collata.

Basiliscus serpens ille venenatus & iurissimus hominū hostis, si quem visu præuertet, venenoso afflatu necat; at cōtra si ab homine prius visus fuerit, quamprimū emoritur. Nō secus & vana gloria, Auditores, ipsa virulentus basiliscus, eiusq; conspectus noxius admodū & perniciosus; q̄ si priores nos videre possumus, fugit & delitescit; si vero nos illa præuertet, & improuidos aspexit, enecat, & animæ nostræ perniciē affert.

Surius.

Arsenius Anachoreta dicere solebat, eum qui virtutē exercebat, vt ab hominibus laudaretur, similem esse aquam quidem semper haurienti, sed in perfusum dolium infundenti. Ille enim qui bonis operibus incumbendo, & virtutem exercendo, vanam inde gloriam aucupatur, auramque & flabrum populare captat; nugæ agit, tempus perdit, feb⁹ sanctis aburitur; ideoq; si ob eadē mercedem à Christo expectat, fallitur, & audiet quod in Euangelio habetur: Amen dico vobis, qui receperunt mercedem suam.

Matth. 6.

Consultum est igitur, quidquid boni sanctive actum est, quidquid virtutum lucratus fueris, abscondere, & thesauro claneulum potiri.

Matth. 13.

Legō in Euangelio: Simile est regnum caelorum thesauro abscondito in agro, quem quis in-

uenit homo abscondit, &c. Virtus bonaque opera thesaurus etiam sunt, in animæ nostræ agro absconditus; ac proinde ne quis conscientius eundem surripiat aut effodiat, omni diligentia occultandus.

Amygdali, quod ante debitum tempus floreat; gelu & brumali iniuriæ obnoxia sunt, & fructum maturum vix ferunt; e contra mori, quod non nisi sero gemmascunt & floreat; ventos noxios, gelu & frigus non metuunt. Docere hic nos rerum parens natura voluit, eos qui hoc in mundo florere gestiunt, meritaque sua late ad ostentationem diffundunt, amygdalo præcipiti perfimiles esse: quorum nimirum fructus, id est, bona opera nunquam maturescunt, sed inanis gloriæ pruina & aquilone aduruntur & destruntur, atqui non nisi ferius & circa alterius vitæ vespæram floreat, nã illi arbores feraces, fructibusq; onustæ, moris similes, quarum fructus nec ventos, flabra, brumam; nec vllas profus mundi huius iniurias perhorrescunt.

Eadem natura, sagax & prouida, inque omnibus actionibus cara, noluit mulieres prægnantes parere, quando iis visum foret; potestate ac sibi hoc referuauit, vt nimirum, dum oportum foret, dolores præuij pariendi quoties & tempus instare inuenerent. Quot enim monstro passim partus ederentur; quam infoluberrime in cunis foetus vagirent, si in prægnantium potestate esset, dum luberet, partum effundere. Idipsum de virtutibus dicendum est, quæ, si ante tempus debitum parent, gloriamque hoc in mundo consecutarentur, informes & prodigiosos sæpenumero foetus ederent. Hinc omnia in alteram vitam referuata sunt.

Vanā gloriā captantes atramydalo comparatur.

Nō est in mulieris potestate parere, quando iis visum foret; quoties & quando luberit.

Ezech. 1.

Animalia illa portentosa quæ Ezechiel vidit, quatuor alarum remigia habuisse scribuntur, duabus nimirū volabant, & duabus velabant corpus. Quo mysticum hunc sensum intelligamus, credamus velim, aliis quibus volabant, opera nostra ac virtutes designari, quæ semper sursum tendant, alas autem quibus corpora teguntur timorem spiritus & humilitatem significare, quibus virtutes earumq; nucleus & substantia aduersus inanem gloriam, tegenda sunt.

Solent,

Viatorum Solent, qui longo se itinere accingunt du-
industria. as crumenas habere, vnam, qua aurci coro-
nati, scutarique nummi conduntur, quam
diligenter, ne à furibus auferatur, abscon-
dunt, & aliam, qua minores nummuli, quo-
rum in diuersoris & hospitii ad solu-
dum vsus est, continentur, quam etiam
& hanc ostendere non vereatur. Imitemur
id ipsum & nos; quamdiu enim in tristi &
periculoso vitæ huius itinere versamur,
duo marsupia gestemus; vnum ad virtutum
nostrarum aurum recondendum, id est,
cor, alterum vero ad minutos nummulos
& obolos, & quidquid vilioris pretij est,
asseruandos, ipsum inquam os. Illud sem-
per regi debet, ne à latronibus surripia-
tur; hoc vero sine discrimine interdum a-
periri poterit, operaque bona aliis inter-
dum enarrari, & virtutes obiter demonstra-
ri, quo in mundi huius diuersorio, viuere
detur.

Hactenus, & pluribus quidem, in vanam
gloriam inuectus fui, quod hodie egregiū
contemptus illius exemplum in Euangelio
cernam. Christus enim leprosum cum mun-
dasset, vt opus hoc eximium lareret, omnē-
que vanæ gloriæ aditum occluderet, ne cui
ipsum diceret præcepit. Rei seriem Mar-
thæus descripsit, audiamus quomodo se ha-
beat: *Domine si vis, potes me mundare.* Equi-
dem miraculi huius hac hora interpretem
acturus, eiusque magnitudinem declaratu-
rus, primo de leprosi ad Christum accessū
eiusque oratione loquar, ac deinde, quomo-
do ab eo mundatus fuerit, miraculumq; di-
uulgatum sit, aperiam.

Matth. 8.

Euangelij
historia.

CHRISTVS, cum predicatione finita mon-
te descenderet, & magna eum hominum
multitudo sequeretur, verba opere ipso con-
firmaturus, miraculose leprosum sanauit,
qui ei in via occurrebat, & eminus clama-
bat. Scio Domine, auditis tot quæ edidisti
miraculis, & fide quam de te concepī indu-
ctus, quod, *si vis, potes me mundare;* hinc
obsecro, misericordiæ tuæ oculos in me mi-
serum conice, meamque lepram, quæ ho-
minum me consortio excludit, dextræ tuæ
potentia tolle.

II. *Eccæ leprosus veniens. Mille hic confide-*

raciones, mille conceptus occurrunt. Hinc Leprosi
namque colligo, leprosos ab aliis homini-
bus separatos vixisse, ita nempe apud Iu-
dæos moris erat, vt nimirum qui lepra in-
fecti essent, vrbibus exules in agris locisque aliis.
desertis commorarentur: hinc est quod le-
prosus hic Christum in agro reperiat. Ita
namque præceperat lex, ne eorum conta-
gio & alios inficeret, vrbesque integræ in-
quinarentur. Vtinam & sancta illa consue-
tudo hodierna die in Christianorum vrbibus
quoad lepram spiritualem, id est, peccata
locum habeat, ne eorum ad alio. serpat cō-
tagium, lepra corporali longe deterius ac
perniciosius. Sed eheu; vrbes hodie lepro-
sis scatent, nemo ab iisdem se cauet aut pro-
ripit, memphytim illam tetram nemo ob-
sensum stuporem percipit. Hoc ipsum est,
quod Isaias Propheta deplorat: *Facta sunt, Isai. 5.*
inquit, *morticinia eorum, quasi sterus in me-
dio platearum.* Scio ad litteram eadem hic
& stragem quam Babylonij Ierusalem va-
stantes, per vicos & compita, in omnium
conspectu edidit, designari, quid obstat
tamen mystice mortuos spiritualiter hic in-
telligere, qui mortis & stragis exercitiæ ca-
sa fuere?

In Leuitico etiam hoc Deum modo He-
bræis comminatum legimus: *Si non volueris Leuit. 26.*
tis recipere disciplinam, sed ambulaueris ex
aduerso mihi, ego contra vos incedam, & mit-
tam pestilentias in medio vestri, &c. Vt à rebus
temporalibus ad spirituales assurgamus;
credendum est, sæpenumero Deum in scele-
rum poenam, pestem & contagionem quan-
dam lue corporum longe deteriorem im-
mittere, quæ per vrbes & regna serpat, & ob-
nios quosque inficiat; publicam nimirum
morum corruptelam sceleratamq; viuendi
consuetudinem, & ipsam inueteratam, nulla
quæ arte medicamentoque pelli queat: qualis
est, peruersum peruersorum exemplum,
& impiorum inualescētia & numerus, qui-
bus nihil ad morum corruptionem & re-
rum publicarum ruinam haberi potest per-
niciosius.

Cum duæ illæ populi Israël tribus, & alte-
rius pars, iuxta Iordanem confidere & habi-
tare velent; (nolebant enim flumen trans-
eund.

Num. 33.

eundo in terram promissionis ingredi eam- que incolere) increpauit eas Moyses, verbisq; asperioribus castigauit, dicens: *Nunquid fratres vestri ibunt ad pugnam. & vos hic sedebitis? Cur subuertitis mentes filiorum Israel, ne transire audeant in locum, quem eu daturus est Dominus? Nonne ita egerunt patres vestri, quando misi eos ad explorandam terram, &c.* Et paulo post: *Vos surrexistis pro patribus vestris, incrementa, & alumni hominum peccatorum, ut augetis furorem Domini contra Israel. Quod si nolueritis eum sequi, in solitudine populum derelinquet, & vos causa eritis necis omnium.* Quam vituacia hinc elici argumenta possunt, ad demonstrandum, quantum malorum exempla detrimenti afferant, quantamque perniciem peccatorum confuendo causari soleat? Quam obrem vitandi sunt impij, & aliorum consortio, non secus ac lepra infecti, excludendi, exemplo sit leprosus hic, qui eminens ad Dominum clamat, & confertim hominum multitudini se ingerere non audet.

Matth. 8.

Interiectio ecce

Ecce leprosus veniens, &c. Quotiescunque autem in Sacra Scriptura interiectio ecce occurrit singulare aliquid designari innuit. At, quoniam aegrotis & male habentibus solenne est, ad medicum confugere, sanitatemq; postulare; non videtur hic ecce tantam admirationem mereri, aut inuere: sed erro Auditores, erro, non enim sine ratione hanc Spiritus Sanctus hic particulam usurpauit: nam cum inter ceteros, quibus hominum natura obnoxia est, morbos, nullus melius peccatum designat quam lepra, utpote quae corpus a capite ad plantam vsque inficiat; non sine miraculo contingere dicendum est, leprosum, & toto quidem corpore leprosum, ad medicum properare, & maius adhuc miraculum esse, sanitatem consequi.

Peccati & lepra si- militudo. Peccatum intellectu excacat.

Sap. 2.

Vere autem peccatum lepra dici potest; nam illa omnes corporis sensus inficit & corrumpit; ita peccatum omnem animae fortitudinem & vires eneruat & destruit. Intellectui in primis tenebras offundit, & mentem excacat; ita namque in Sapi. libro legimus: *Excacauit illos malitia eorum.* Et si, de rebus spiritualibus loquendo, fides animae oculus sit, certum est etiam eandem a peccato offuscari. In cuius rei signum, Aramonitarum

Tom. 1. Pars Hyemalis.

rex Naas, crudelitate & immanitate nobilis, 1. Reg. 11.

cum habitatores Galaad obsidione premeret, non prius illos in gratiam se recepturum ait, quam dextrum singulis oculum eruisset. Cuius rei haec est ratio. Erant Galaaditae viri ad debellandum strenui, & corporis mole celebres, qui in praeliis & ense ictus infligerent, & infictos clypeo repellerent; & quoniam hac ratione pugnantibus oculus dexter imprimis necessarius est, ideo, quo bello ineptos redderet, dextrum illis oculum eruere moliebatur. Animae oculi sunt fides & bona opera, & ad victoriam in certamine, quod cum daemone quotidie inimus, obtinendam apprime necessarii; at dexter, id est fides, imprimis: opera enim fide destituta nihil sunt; hinc diabolus omni ratione eam ipsam nobis eripere conatur. Ipse quin etiam Gentium Doctor Paulus amice nos monet, ut in omnibus quae cum daemone suscipimus certaminibus, fidei securum assumamus: *Su-*

Fides dexter animae oculus est.

mentes securum fidei.

Peccatum adhuc animam surdam efficit, Peccatum ita namque aures obtundit, nullum ut monitorem ferat, adeo ut qui eam ad meliorem nos redfrugem conuertere studet, oleum & operam dirperdat, mortuoque verba facere videatur. Passiones enim internae tantum strepitum intrinsecus excitant, ut verbo Dei nullus accessus pateat. Infantes cum idolo Moloch

3. Reg. 11.

immolarentur, tympanis & sambucis sacrificuli perstrepebant, ne victimarum clamores & eiulatus parietes ad commiserationem animique teneritudinem impellerent.

Manus quoque animae debilitat & eneruat, opera inquam & actiones, quarum symbola sunt manus: peccatum siquidem eadem pigritat & graues efficit. Huc respicit Salomon, dum pigrum describens inquit: *Abcondit piger manus sub ascella sua, & laborat si ad os suum eas conuerterit;* cum tamen eas ad bene operandum extendere deberet. Per pigrum hunc, an non peccatorem intelligit, semper brachia complieata, & manus sub axilla habentem, dum virtuti incumbere, bonaque opera exercere negligit: Adeo ut lepra ad viuum peccatum representet, quod & ex Euangelio hodierno confirmari potest, in quo legitur: *Ecce leprosus veniens.*

Manus eneruat.

Prouerb. 26.

P

Non

Matth. 8.
Lepra
peccato-
assimila-
ta.

Leuit. 13.

Nō solum autem lepra peccati imago est, & leprosi peccantium, propter effecta, quae iam iam enumeravi; verum etiam propter legem circa leprosus eorumque curationem praescriptam. In Leuitico namque iubetur leprosus vestem circa latera dislitam gerere, non solum quo eandem facile nulloque negotio indueret & exueret; sed etiam, ut morbo perfecto nullum alijs detrimentum afferret: capite quoque nudato & aperto incedebat, leprosum sese esse denuntians, atque inclamans voce: Declinate & à me recedite, quia lepra infectus sum: Grauius porro puniebantur, si qui leprosi ab alijs distinctam vestem non gestarent, vocemque sani & bene valentis imitarentur. Ad eundem modum nulli maius reipub. ciuibusque afferre detrimentum solent, quam qui exterius quidem moribus sanctitatem praefereunt, ac luporum sub agnina pelle truculentiam fouent; quique in Angelum lucis, daemone deteriores cum sint, se transfigurant. Hinc hypocritae publice quidem vitam honesto dignam viro instituire solent, vt clam iniquitatem operentur, & flagitij, se plusquam diabolicis contaminent. Tales fuere tempore Christi Scribae & Pharisei, & nostro naui Euangelij deprauatores, qui exteriori pietatis velo ambitionem & auaritiam suam, quam corde fouent, tegere conantur. Atque vt Iudaei, Christum comprehensum, tristissima Passionis nocte, hinc quidem flexo genu adorabant, datoque in manus scepro Regem saluabant, dicendo, *Aue Rex Iudaorum*; illinc vero foetidissima sputa in sacratissimum illius vultum egerebant; conuicia in eum exonerabant, & in faciem colaphos impingebant: ita quoque hypocritae agere consueuerunt; hinc quidem magno humilitatis indicio Deum colentes & adorantes, illinc vero ipsum peccando offendentes, irridentes, & faciem illius conspuentes.

Hypocri-
zarum a-
ctus.

Matth. 26.

Leprosus
os rectum
habebat.

Secundo iubebatur os semper rectum habere, ne forsitan grauior anhelitus accedentes inficeret, lepramque in alios diffunderet. Quam scite lex haec in publice peccantes aptetur, dici vix potest: illi namque graui suo anhelitu, verbisque contaminatis omnes vicinos & proximos inficiunt, quos descripsit

Psalmista dum cecinit, *sepulcrum patens est Psal. 5. guttur eorum*: quicumque enim loquentes audierit peccatores, foetentisque eorum fauces & blasphemias senserit; dicit, os illorum à butuario, sepulchroque; cadaueribus pleno, tetrumque; odorem spirante, nihil differre.

Cum Christus daemonia hominum corporibus eiecisset, & illa virtutem eius quamuis inuita circumquaque praedicando diffunderent; increpans, silentium ijs indicabat, *ne sinebat ea loqui*. Quid enim adferre commodi emolumentique diaboli verba, praecognataque diuina ore eius decantata poterant? quamobrem bene Psalmographus, ait, *Muta Psal. 30. sicut labia dolosa*. Huiusmodi autem sunt labia peccatorum qui animam flagitij varijs contaminatam habentes, virtutem tamen ore praefereunt, proximumque fucata quadam pietatis specie eius animis illabendo, fallunt & inficiunt. Merito igitur peccatores; iustitias Dei annuntiantem, quamuis seipsum hoc etiam modo coargueret ac damnaret, corripuit per Prophetam Dominus, *Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum*: Eius namque verba, quamuis iustitiam redoleant ac spicent, Deo tamen magnopere displicent, quamobrem os ei obturandum ac silentij frangum iniiciendum.

Tertio, extra castra, procul ab urbibus, & ab omni hominum consortio separatus viuere debebat, ne ad vicinos contagio & maculosus ille morbus serperet, *Omni tempore quo leprosus & immundus, sicut habitabit extra castra*. Docere lex voluit, sanctiorem nullam legem, decretumque; salutaris nullum reperiri posse, quam castris Ecclesiae & ciuitatū muris arcere eos, quos spiritalis lepra infecit, ne & alios lepra & lue albicante inficiant.

Ozias rex Israel lepra, occulto Dei decreto, in fronte percussus, templo quidem à sacerdotibus eiecitus fuit, non tamen vrbe: hinc, vt bene notauit Origenes, Hieronymus, & Chrysostr. quinquaginta duorum annorum spatio, quibus regnum ipsa occupauit, nullum in omnibus regni finibus reperire Prophetam fuit. Quantum vero vnus publice peccatis vita flagitijque; detrimenti afferre queant, dici non potest. An non peccatum

Marc. 3.

Psal. 30.

Psal. 49.

Viuebat extra castra.

Leuit. 13.

2. Paral. 26.

Homil. 6. in

Isai.

Epist. ad

Damascum.

In Comm.

in Isaiam.

tum.

Ios 7. tum Achan, qui Dei ducisque iniussu clam
 ex spoliis Ierichuntinis aurum surripuerat,
 3 Reg. 17. in causa fuit, cur populus Israël prælio supe-
 ratas, in obsidio Hai, hostibus dare terga co-
 actus fuerit? an non ob Achab regis flagitia
 4 Reg. 19. impietatemque, Iudæa cum triennio & am-
 pliùs nulla cælo pluuia descenderet, extre-
 mam rerum penuriam passa est: quid? ob bla-
 4 Reg. 24. sphemias Sennacherib, Angelus vindice ma-
 nu, nocte vna, centum octoginta quinque
 hominum millia, in castris Assyriorum inter-
 emit. Denique ob vnum Davidis delictum
 septuaginta millia virorum, sine paruulis &
 vxoribus peste contagioq; interiere. Huius-
 modi ergo leprosus procul à vobis pellite,
 Auditores, hos à confortio vestro excludite,
 vti hic vrbe exclusus fuit, qui viso eminus
 4. Reg. 8. Seruatore, alte in clamauit: *Domine si vis, potes
 me mundare.*

III.
 4 Reg. 20. Dicere forsàn voluit; Scio, & firmissima fi-
 de inductus firme teneo, te esse illum ipsum,
 1. Isai. 38. qui Ezechia diebus quindecim annos addi-
 disti, dum lecto affixus & facie ad parietem
 conuersa, tibi supplicis factus est: illum ipsum,
 4. Reg. 4. qui Elisæo, Sunamitidis filium ad vitam re-
 4. Reg. 5. uocandi potètiã elargitus es: qui Naaman
 Syriæ regis purpuratum à lepra mūdasti, vir-
 tute tua in Iordanis fluuenta deriuata; eandẽ,
 si modo volueris exercere tecum virtutem
 potes. Ambrosius, Hieronym. & Chrysosto-
 dum hanc leprosi orationem, verbis quidem
 breuem, sed affectu magnam considerant fi-
 dem eius miris laudibus efferunt & deprædi-
 cant, qui nimirum omnipotentiam Christi
 agnouerit & confessus fuerit. Equidem eadẽ
 ipsum paucis orasse censeo, quæ olim Mar-
 dochæus coram Domino prostratus: *Domine
 mi rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt
 posita, & non est qui tua possit resistere voluntati;
 si decreueris saluare nos, continuo liberabi-
 mur, subest enim tibi cum volueris posse.* Lepro-
 sus noster vix aliter, terminis quam proxime
 inhærendo: *Domine si vis, potes me mundare.*

4. Reg. 8. Modestia in hac leprosi supplicatione
 in leprosi & inualerudinem suam, illinc potentiam &
 Oratione misericordiam Dei depromptit; & tamen si
 elucet. ingenti sanitatis consequendæ desiderio ten-
 neretur, non dicit tamen, Domine, sana me;

sed si sanitatem mihi restituere velis, potes.
 Efficax autem hæc precandi ratio esse con-
 suevit, quando supplicans totum se in Dei
 voluntatem resignat. Atque hoc orandi mo-
 do vsa sunt nobiles illæ Lazari sorores, cum
 solum aiunt: *Ecce, quem amas, infirmatur;* non
 1. Ioan. 11. autem, Veni, propra Domine, afflictis nobis
 succurre: sed necessitate fratris moribundi
 ob oculos breuiter posita, reliquum potesta-
 ti eius commisere.

Assyriorum ductor Sennacherib, copiosa
 2. Paral. 32 Hierosolymam manu obsidens, superbia &
 insolentiæ plenam, & in regem Deumq; in-
 iuriam epistolam in vrbem misit, qua lecta
 Ezechias rex templum Domini mox adiit, &
 paucis verbis eius maiestatem deprecatus
 est dicens: *Aperi Domine oculos tuos, & vide.*
 4. Reg. 19. *audi omnia verba Sennacherib, qui misit ut ex-
 probraret nobis Deum uiuentem, &c.* Diuina
 profecto & modesta oratio, quæ nos edoce-
 at, Deo solum necessitates aperiendas, ac de-
 inde auxilium ab eo expectandum.

Mardocheus cum populi liberationis
 quam propriæ salutis & vitæ esset studiosior,
 sciretque Amani se inuidia cum omnibus
 Iudæis in regno Assueri latissime imperantis
 constitutis, post menses aliquot neci traden-
 dum, genibus in terram prostratis, supplici
 voce, oculisque lacrymis madentibus, bre-
 uissime Dominum obsecrauit, dicens: *Domine
 in ditione tua cuncta sunt posita.* Pauca au-
 2. Esth. 10. ditis verba, sed tamen efficacis plenissima,
 & in sancti Spiritus officina proculsa: quæ
 docent, orationes breuiore & astrictiores,
 prægnantiores esse & validiores longis & la-
 te diffusis. Sola namq; necessitas nostra Deo
 aperienda, idq; quam fieri potest succinctis-
 sime.

Cum turbulentus & nouarum rerum stu-
 diosus Absalon, ambitione transuersum ac-
 ctus aduersus patrem insurgeret, & maxi-
 mam regni partem ad arma coegisset; David
 regni amittendi periculum veritus, corde &
 vultu in cælum conuerso, solum ait: *Faciat
 2. Reg. 15. Deus quod bonum est coram se.* Samuel cū He-
 li sacerdoti multa sibi cœlitus reuelata quæ
 futuram eius calamitatem prænuuntarent e-
 narrasset, ait senex: *Dominus est, quod bonum
 2. Reg. 3. est in oculis suis faciat.* Discamus hinc semper

Matth. 6.

Matth. 8.

Orationes breuissimi-
mæ opti-
mæ.

Plut. in A-
pophteg.

Lysandri
ducis epi-
stola.

Et alia La-
cedæmo-
niorum
Philipp.

Lib. 2. c. 19.

nos diuinæ voluntati subicere, & maxime dum oramus; & hanc suos ipse Redemptor olim precâdi formam edocuit; cum diceret: *Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra.* Hoc etiam in Iudo edoctus erat leprosus noster, quando summa animi modestia diceret: *Domine, si vis, potes me mundare.*

Breuis & succincta oratio, sed pondere singularis: eæ autem orationes epistolæque petitoria: optima: & prudentissima: censentur quæ paucis quidem verbis, sed iis grauibus postulata proponunt, & quemadmodum optime ille soluere perhibetur, qui auro solutionem; & non ære peragitur: adeo, ut quamuis pauciores det nummos, maius tamen & eminentius det pretium; aurum quippe licet strepitum & tinnitum non excitet, pretio tamen & pondere præualer; ad eum modum optimas esse putant orationes, pondere, non numero, valentes.

Agefilus rex cum declamantem olim disertum oratorem audiret, qui ex musca faceret elephantem, remque nihili verbis amplificando in longum protraheret, indignabundus concione se subduxit dicens, egregium cerdonem qui tantillo pedi tam amplum adaptat calceum! Et merito quidem; nihil enim turpius aut indecentius, quam rem frivolum & nullius momenti nimiram amplificando deducere. Hinc laudari solent litteræ Laconicæ, quæ breuitate sua multum rei includerent; quarum aliquas posteritati reseruauit scriptorum diligentia: inter quas sunt illæ Lysandri duois, quibus Ephoros videtur de Atheniensibus parte certiores reddidit, in qua & Athenas inuadi contigit & diripi. Litterarum series hæc: *Capta sunt Athenæ.* cui Lacedæmones respondendo rescripsere: *Sat est capi.* Gratus igitur omnium auribus Laconismus, rhetoricæ vero amplificationes, verbosæque deductiones insipientiæ.

Breuitate item commendantur illæ Lacedæmoniorum, quibus Philippo de multis sciscitanti respondere, his verbis conscripserat: *Ad id quod scripsisti, non.* Fidem etiam Philippo ab eisdem per epistolam petenti, utro ad illos ut veniret modo, vellet, hostili; an amice; Laconica breuitate rescripsere: *Neutro.*

modo. Omnia hæc Alexander ab Alexandro; nos vero huc adduximus, ad demonstrandum sermones breuissimos, & præsertim preces orationesque, esse efficacissimos. Ita nimirum docuit Christus, dum Iudæos de multiloquio & verbositate corripuit: *Orantes nolite multiloqui sicut Ethnici: putant enim, quod in multiloquio suo exaudiuntur.* Hoc imitatus leprosus, tribus orationem postulationemque suam verbis absoluit. *Domine si vis, potes me mundare.*

Matth. 6.

Matth. 8.

Marc. 1.

Luc. 5.

Matth. 8.

IV.

Ephes. 3.

Cæsarii

Arelaten.

hom. 29.

Leo pro-

stratis nõ

nocet.

Matth. 8.

Nec hic in vna corporis parte, sed à capite ad plantam vsque leprosus erat; *plenus lepra,* Luc. 5. ait Lucas: qui ad Redemptorem magna animi demissione, vultusque reuerentia, quin & genu flexo, ut Marcus quidem ait, & *prostratus in faciem,* addit Lucas, *accedens, adorauit eum,* Luc. 5. recte Matthæo. Notate hic qua corporis compositione, quantaque vultus reuerentia ad Deum per orationem accedendum sit; ad qua referri poterit genu flexio, in terram prostratio, & vera animi demissio, humilisque, sui accusatio. Hoc autem modo Paulus se orasse ad Ephes. testatur, *flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi.* Ipse etiam Saluator noster Iesus, cum Patrem in Oliueto suppliciter pro nostra omnium salute deprecaretur, genibus in terram positis & prostratus supplicauit. Quod diligenter obseruans quidam Cæsarii Patribus ait: *Prostratus in terra oras mediæ, & non tunc linatur agrotus.* Hæc autem corporis animique demissio, diuinæ maiestatis oculis gratissima est. Nam veluti animalium fortissimus leo neminem in terram prostratum lædit, sed deiectis parcit; ita Deus iis adesse & parcere, eorumque preces exaudire solet, qui in animo contrito humili vultu coram eius se maiestate prosternunt; resistere autem præ factu insolentibus & magnū quid de se præsumentibus. In cuius rei testimonium videre, ut erga leprosum hunc, suis pedibus prouolutum, & magna humilitate clamantem: *Domine, si vis, potes me mundare,* Matth. 8. se gerat.

Domine, inquit, sanare me si volueris, potes; quidquid enim vis, & te posse certissimū est; nullus autem in hoc mundo rex est, cuius potentia & voluntas æquis procedant passibus, ut illa huic per omnia respondeat. Reges multa

multa quidem volunt, ad quæ tamen potentia eorum non extendatur, quæq; ad exitum deducere nequeant, multoq; se longius voluntas quam potentia exierit: Monarchatum siquidem singuli ambiunt, & ceteros regno excludere cuperent, sed oblimitatam potentiam nequeunt: immortalitatem exoptant, sed eodem pertingere non valent: quidquid hæcenus in orbe gestum est, aut modo etiam geritur scire desiderant, sed fieri nequit. Solus autem Deus est, qui quod vult, re ipsa potest; quiq; nihil vult, quin possit. Ita qui ppe philosophatur præclarus ille Phisic^{us} Iob: *Ipsè solus est inquit, & nemo auertere potest cogitationis eius, & anima eius quodcumq; voluit, hoc fecit.* Et sapientissimus mortalium Salomon: *subest tibi, cum volueris posse.*

Rex Syriæ Benadad cum vnum ex optimatibus suis, Naamã nomine, lepra cooperatum, cum litteris commendatitiis ad regem Israël mitteret, rogans vt salutem eius, quam posset citissime, procuraret, Rex Israël lectis litteris, subiratus & stomachatus vestes laceravit, dicens: *Nunquid Deus ego sum?* id est: *Ecquænam hæc audacia, quænam præsumptio, ecquæ blasphemia? Egone homo, non secus ac Deus, possim quidquid velim? ad solum Deum hoc scilicet spectat, & illi quarto modo proprium est.*

Apophete- Cum quidam Sisanni Persarum regi ad-
gna regis lantes dicerent, mirari se cur omnia quæ tan-
Persarum- tus Monarcha animo concepisset & vellet non quam primum implerentur; magna prudentia & singulari quadam modestia, quamuis barbarus alioquin esset, ait: *Ego Dominus verborum tantum, & non rerum.* perinde ac si dixisset: *Multa quidem volo animoq; volo, at solius Dei est eadem in opus cogere & exequi, adeo vt quamuis Poëta dicat:*

Quis nescit, longas regibus esse manus?
ipsi tamen linguæ longitudine non sint pares; multa si quidem dicunt, quæ re ipsa exequi non valent. Hoc autem in solo Deo reperitur, non verò in hominibus: quod hoc emblemate à veteribus designatum est.

Vibrian- Bicipitem efformabant Deum, sed mani-
lib. 35. bus & pedibus truncum; cuius picturæ hic erat sensus: Biceps erat, quod Deus omnia norit, visibilia simul & invisibilia, præterita

& futura. Pedibus vero carebat, quod nulli mutationi sit obnoxius, & in eodem semper esse perseveret. Vnde de se apud Prophetam ait: *Ego Dominus, & non mutor.* Manibus denique truncus erat, quod mea quidem opinione, iniusta vltro, à nemine impulsus, at propria inductus voluntate, condidisset, nullisque eo in opere manibus, nec instrumentis opus habuisset. Ideo etiam leprosus noster voluntatem illius imprimis ferit, & ait: *Domine si vis, potes me mundare.*

Cæterum pauculis hæc verbis omnia perfectæ oratione requisita cõplexus est, fidem inquam, & obedientiam illam quidem, dum ius veræ potentiam agnoscit; hæc namque de essentia veræ orationis est, vt Iacobus Apostolus testatur: *Postulæ in sua n. hit. h. s. t. a. n. s. id est, de potentia & voluntate Dei datoris nihil omnino dubitans.* Talem se habere fidem confessus est David, cum in Psalmis canit: *Si exurgat adversum me pralium, in hoc ego sperabo.* Hanc vero, cum diuina se voluntati penitus submittit, dicendo: *Si vis.* Huius humilitatis vim Scriptura celebrat, dum ait: *Oratio humiliantis se penetrat cœles;* tunc autem orans se humiliare perhibetur, quando quod petit, à misericordie Dei manu dandum sibi sperat.

Hanc in orando humilitatem adhibuit Psalmographus, toto corpore leprosus (qui nimirum de se ait: *Non est sanitas in carne mea*) dum de admisso peccato veniam postulans oravit: *Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam.* Non ait: *Miserere David Deus,* vt, dum in statu gratiæ esset, alleuerat: *Memento Domine David,* at ita sui se pudet; proprium vt nomen præ confusione & rubore subicefferat: nec dicat, vt aliquoties dixerat: *Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo.* Imo ne dicere quidem audeat: *Miserere mei Deus,* eo quod miser & mortalis sim, variis erumnis subditus; sed, *secundum magnam misericordiam tuam:* atq; ita etiam oravit leprosus noster: *Domine si vis,* id est, si infinitæ misericordie tuæ ita visum fuerit: *mundare me potes.*

Alexander Macedo cum inopi etidam magnam vim auri largiretur, ait: *Ne existimes scitum de obmerita in me tua hoc me tibi munus conferre; sed scias, Alexandro dignum quid dare*

me voluisse. Id ipsum proposito adaptans, dico Deum suam interdum peccatoribus misericordiam demonstrare, non quod eorum id exigant merita, sed quod ipse infinitae benignitatis & clementiae sit, & sua bonitate dignum opus credat, peccatores ad gratiam admittere. Hinc leprosus hic orando, ait: *Domine, si vis.*

Deus multam voluntatem ecce praevenerit, eamque prius quam potentiam & factum requirit; multa quae tamē nolit.

Ibidem.

*Homil. 16.
Hom. 21. o-
portet imper.*

Voluntatem ecce praevenerit, eamque prius quam potentiam & factum requirit; multa quae tamē nolit. Accedit adhuc, Domine, quod, ut leproso sanes, leprosus ipse prius sis oporteat. Praevenerit hoc Isaias, & dixit: *Et vidimus eum quasi leprosum.* Huius rei figura fuit mirabilis illa Moysi manus, quae intra sinum illius delitescens, sanitatem praeferebat, extensa vero & in apertum prolata, lepra seatebat: qua declaratur, te qui Dei Patris dextra, quamdiu in aeternitatis illo sinu manebas, sanum, vegetum, integrum & pulchrum permansisse; sed in publicum prodeuntem, teque ipsum ad mundandos leproso extendentem instat leprosi habitum iri, sed non obstat hoc, inquit, & mea nihil interest: *Volo mundare.*

Adde autem cum eodem Chrysostomo,

de voluntate illum divina nequidquam dubitasse, quae quidquid bonum, congruum & rationi consentaneum, semper vult; sed, num sanitatem ei reddere veller: nam non fuisset forsitan salutis eius expediens, sanitatem cōf. qui. Verba autem illius adducam: *Non de voluntate Christi ad omnia bona parata dubitat, sed de iudicio voluntatis. Christus enim cum sit bonus, nociva non vult prestare, etiam si rogetur.* Sed nimis haec in parte prolixi fuimus, aliam iam auspicemur, & ipsam lepra depulsionem examinemus.

Matth. 8.

Leprosus igitur cum Dominum hunc in modum orasset, mox ab eodem vicissim audiuit: *Volo mundare.* Quid ais, Domine? vide quid dixeris, verba tua examina, an ignoras hocce dicendo vitam te tuam & sanguinem in discrimen adducere, quem in leprae munda- tione effundi opus erat? Lex quippe lepro-

sum hyssopo sanguine tincta lustrari & aspergi iubebat: *Et in purificatione eius sumet duos Leuit. 14. passeris, lignum, cedrinum, & vermiculum, & hyssopum;* quae caeremoniae denotabant per crucem tuo tinctam sanguine, animarum nostrarum lepras tollendas; atque ideo huc alludens regius Propheta dicebat: *Asperges me Domine.* aliquando hyssopo crucis, sanguine tuo crenata, & ab omnibus animae sordibus mundabor.

Propitiatorium illud toties in sacris litteris decantatum, alas Cherubim extensas habebat, prout Dominus Moysi mandauerat: *Virumque, latus propitiatorij legant expandentes alas.* Hic mystice desiderium declaratur, quo Dei filius ad nos volare dignatus est, & facere nobiscum misericordiam suam, quamvis cum summo id vitae periculo coniunctum foret. Notate astuantem affectum & vehemens illius adiuuandorum hominum desiderium ait: *Volo mundare.*

Ex hoc autem loco Patres Christi Domini diuinitatem astruere, & testari consueverunt, quod nimirum sanitatem morbidis collaturus, propriae innixus virtuti, ab alterius nutu & potentia non dependeret. dum enim vellet & iuberet, morbos & infirmitates curabat; quod ipsum purae & verae diuinitatis indicium & genuinus character est. Testatur hoc ipsum in expositione fidei Iustinus, Tertullian. lib. 4. contra Marcionem, Athanasius lib. de communi tribus essentia, Patri, Filio, & Spiritui sancto; Ambrosius lib. 5. in Luc. Chrysostomus homilia 26. Alii profundius adhuc verba haec penetrantes, & accuratis

Christus leprosus habitus. *Isai. 53. Exod. 4.*

Matth. 8. Exod. 25. Designatur his verbis Christi diuinitas.

singu-

lingula examinantes docent, non diuinitatis veritatem modo, sed & humanitatis hinc colligi posse, vt Tertullian. Cyrill. Ambros. cuius mihi verba vt hic referam selegi, quod ad rem qua de agimus optime facere videatur, *Volo ergo dicit propter Photinum, imperat. propter Arium, tangit propter Manichaeum*: Atius namque eum negabat Deum, non nisi hominem esse assererat; Manes vero eum corpore carere credebat.

Matth. 3. *Volomundari.* O liberalitatem singularem! re ipsa scilicet compleuit, quod comuni pro- uerbio dici cosuevit. *Quis cito dat, bis dat*: quo faciet etiam quod in Annalibus Francorum proditum est. Ludouicus XI. Gallorum rex, cum quidam magistratum aliquem regium in pago suo vacantem ab illo postulasset, nihil moratus, quamprimū denegauit, omnem eius obtinēdi spem vno ictu praecidens. Egit humiles mox regi alter gratias, & abiit. Quē abeuntem rex, sagacem & astutum eum esse ratus, reuocari iussit; credebat namque quid respondisset, eum nō intellexisse. Anne quid responderim, intellexisti bone vir? ait rex. Maxime, inquit. Vt dixi igitur, subinfert rex: Operam & oleum, inquit alter, me perdere & firmiter tecum animo statuisse, alteri munus hocce conferre. Rex viri candorem demiratus ait, cur igitur tantas mihi grates egisti? Quod, aiebat ambiens, tam cito petitionem penitus denegaris. Vocant me namque domum alia grauiora negotia, & quae relinquere me nō sine detrimento oportuisset, si aulam frequentare, postulationemque meam, inani lactatus spe, prosequi necesse fuisset: Adeo vt non exiguo me a maiestate tua beneficio affectum censeam, dum in petitione mea repulsam passus sum; firmiterq; mihi persuadeo, me, quidquid vana expectatione insecutus perdere potuissem, in repentina hac & non dissimulata repulsa lucratum esse. Candidati huius iudicio perspecto rex, animi sententia mutata, quamprimū ait: *Habeas quod postulas, quo tui mihi gratias agas*, hominemque dignitate hac auctum ad aulae & parlamenti ministros ablegauit; praecipiens illis, vt quod ille fieri voluisset, quamprimū exequerentur, ne, si forte diutius in aula morari contingeret, negotia il-

lius & res domesticae detrimentum aliquod paterentur. Hinc igitur manifestum redditur, gratiam & munus cito collatum gratissimum esse; quod vero in longius tempus protrahitur, non esse vsque adeo, quamuis tandem conferatur, gratum.

Laudauit hanc in Augusto Casare virtutem Quidius, quod nimirum in supplicis irrogandis lentus, beneficiis conferendis praecipuus audiret:

Tardus es ad praerias, princeps, ad premia velle: Quod ille in exilium relegatus, ideoque reditum in patriam Casari adulando exoptans ait, vere ipse sine vilo adulationis fuce, de Salvatore meo vsurpem; ille siquidem princeps, rex, & Deus est, qui a supplicis intendendis abhorreat, & in meritis digna mercede compensandis, beneficiisque amplissimis conferendis nimius sit & effusus, quod vt re ipsa videatis, intuemini miserum hunc leprosum, qui quamprimū vt mundari petiit, mundari meruit: ait namque vico eius verbo inductus Christus: *Volo, mundari, &* *Matth. 8.* verbis ad opus descendens, manum, quo illum mundet, extendit.

Et extendens Iesus manum. Mirum profecto est & accurata consideratione dignum, Christum Dei filium, benedictā, quo leprosum tangeret, manum, hic extendere; quippe quem lex ob hunc contactum inter immundos recenseret. Varias apud varios reperire est rationes. Primam apud Cyrillum Alexandrinum, qui ait, Christum aegros quosdam carnis suae tactu sanitati restituere voluisse, quo nimirum ostēderet, carnem ipsam & corpus, ob indiuiduam illam cum Deitate vnionem, salutaris quadam virtute, vitamq; & sanitatem conferente, donata fuisse. Alteram referit in Lucam cōmentatus Ambrosius, dum tradit, Christū hac ratione humanitatis suae, quā vt verus homo assumpserat, veritatem probasse. Tertiam nōnulli hanc ponunt, ostendere videlicet Christū voluisse, se ad legis Moisaicae obseruationem nulla ratione teneri, neve ei subiectū esse; sed, vt legis latorem, lege omni superiore existere. Haec opinio Chrysostr. est, & Auctoris operis imperfecti, itē Ambrosii loco supra citato, Euthymij ac Theophyl. Quarta, vt demonstra-

In Tristib.

Cur Christus leprosum manu tetigerit. Prima ratio.

Secunda. *Ambros. li. 5 in Lucā.*

Tertia. *Homil. 26 in Matth. & Homil. 7 ex variis locis Matth. hom. 21.*

Quinta.

ret, à se & non ab alio leprosum hunc mundatum, cum ab illo & non ab alio tactus fuerit: hanc D. Tho. ex Chrysofomo citat.

Quinta.

Quinta vero & postrema, vt doceret, legem quæ leprosum tangi prohiberet, ne tangens forsitan lepram contraheret, in se nihil habere locum; quippe qui nullam contrahere contagionem posset: deinde quo evidens fieret, leprosum hunc ab illo tactum non vt inficeret, sed sanaretur. Hæc Tertullianus lib. 4. aduersus Marcionem. Atque hoc etiam modo lex illa Euangelica capienda est, quæ cum hæreticis agere & conuersari nos verat, vt Paulum legenti manifestum reddidit. non enim vetitum est cum hæreticis agere, quo tandem ad Catholicæ gremium Ecclesiæ redeant, sed ne eorum commercio familiaritateque deprauemur: serpit enim hæresis instar cancri. Quicumque igitur Christus est, id est, quicumque non peruerit, sed alios poterit conuerrere (quales doctores Ecclesiæ sunt, qui Christi personam in terris representant) leprosum tangat, cum hæreticis agat: ceteri vero eosdem velut pestem ac luem maxime contagiosam declinent & fugiant. Sed ecce quid aliud, postquam Redemptor in leprosum hunc manum exteadisset, eumque a lepra mundasset, prohibuit ne cui miraculum hoc in se patratum aperiret aut narraret: *Nemini dixerit.*

Matth. 8.

Consideratione profecto dignum est, cur Christus tam singulare beneficium à diuina bonitate collatum diuulgari prohibuerit, & leprosum ingratum quodammodo esse coegerit: cum tamen alias, dæmoniacum, è quo legionem malignorum spirituum eiecerat, misericordiam Domini vbique locorum diulgare iusserit: *Narra, quanta fecerit tibi Deus.* Respondet pro me magnus Hilarius: *Vt salui hæc inquit, non sferretur, sed quæretur.* Id est, ne Dei iussu miraculum hoc diuulgatum videretur, ne reliqui qui in Iudæa erant ægroti ad medicum sospitaremque festinantes, fidei meritum amitterent, si non sponte & interius excitati, sed miraculorum fama per regionem sparsa excitati, venissent. Hæc etiam Ambrosius. Hieronymus autem aliam viam insistens, ait ideo Dominum miraculi huius euulgationem vetuisse, quod verbis

Luc. 8.

diuulgari id opus non esset, re ipsa evidens mundationis testimonium perhibente. Verbis enim & oratione opus non est, loquentibus aliunde miraculis. Alij id per humilitatem factum credunt, ne gloriam aliquam, quæ non exigua è tanto miraculo orti poterat, ambiisse videretur; huius opinionis est Ambrosius, Chrysofomus, Beda, Euthy. & Theop.

Probabilior porro cæteris mihi videtur sententia Auctoris operis imperfecti, in quâ manibus pedibusque concedo, & in quam doctissimus Maldonatus propendit. Nimirum, non vetuisse Christum miraculi diuulgationem, sed tantum, ne prius de eo alicui verbum faceret, quam coram sacerdote apparuisset: ne forte fama miraculi ad sacerdotum aures perlata, de mundationis veritate ipsi dubitarent, eamque imminutum iuisent, præsertim cum suo eum calculo nondum mundatum censuissent. Bene igitur ait: *Os te sacerdoti.*

Hic iterum variant Patres, inquirentes VI. Cur Christus leprosum hunc ad sacerdotes, Cur le-
miserit. Nonnulli, inter quos Tertullianus, profum
Chrysof. Hieron. censent Christum se le-
Christus
gis obseruatorem declarare voluisse; alij ve-
ad sacer-
ro aiunt, ideo eum ad sacerdotes destinatum, dotes mi-
ne, si se sacerdotibus non ostendisset, iuxta
ferit.
legis præscriptum, vrbe adhuc, quasi immu-
Lib. 4. con-
dus, exclusus viuere cogere, atque ita be-
tra Mart.
neficium nullius momenti aut vanum fuisset. Verabantur enim, quia lepra mundati e-
rant, vrbe ingredi, nisi prius sacerdos eos à
lepra vere mundatos esse iudicasset. Atque
hæc Theophylacti sententia est.

Duas alias rationes adfert Hieronymus. Prima est: Humilitatem hic suam Christum declarare voluisse; altera, quam sequitur & Beda, quæque mihi & optima & probabilis maxime videtur, est: Vt sacerdotes, si in illud deinde nollent credere, cuius prima miracula sententia sua & calculo approbassent, inexcusabiles forent, quæ è verbis mox sequentibus, *In testimonium illis*, redditur manifestum; perinde ac si dicere voluisset: Nihil horum cuiquam dixeris, sed sacerdoti te solummodo ostende, & munus quod in lege præcipit Moyses, in gratiarum actionem offero: vt

Matth. 8.

ij ipsi,

ij ipsi, qui mihi maxime iam aduersantur, in- que necem meam conspirant, primi miracu- lorum meorum præcones sint & testes, eor- umque incredulitas suo ipsorum testimo- nio coarguatur. Ideo, *Ostende te sacerdot.*

Matth. 8.
Christus docet quis honor sacerdotibus habendus. *Lib. 3. de sacerdotio.*

Equidem, relictis egregiis his sanctorum Patrum rationibus, Christum nos omnes hic docere voluisse credo, quis honor, quæ- ve reuerentia sacerdotibus sit exhibenda. In- credibile enim est, quantum in omni æuo & lege, sacerdotibus honorem impendi voluerit Deus: ex honore porro, quem in veteri lege iisdem exhibitum voluit, facile colligi potest, quanta nouæ legis sacerdotes reue- rentia & veneratione digni sint. Si enim, vt diuine Chrysostomus, sacerdotes veteris legis adorati sint, quod lepram à lepra discer- nerent, non dico mundarent & sanarent; quo honore nouæ legis presbyteros afficere par est, qui non corporum modo, sed animarum etiam lepram auferunt?

Sacerdotii potetia & dignitas.

Tanta porro horum dignitas, honor, po- tetas, eorumque officii splendor & ampli- tudo tanta est, vt eos solos, Iudices iniquo- rum, malorum vindices, delictorumque in- quisitores & actores Deus constituerit, tan- tamque iurisdictionem illis tribuerit, vt cla- ue non errante, quidquid de reis visum fue- rit, licite facere queant. Cuius auctoritatis diploma, ac decretum in Matthæi commen- tarii relatum est: *Quo dicitur, soluetis super ter- ram, erit solutum & in cælis.* Atq; vt suos Ma- gistratus & prouinciarum præfecti habent gladios, cruces, patibula, rotas, eculeos, car- ceres, lictores & carnifices: ita & sacerdotes, viri Ecclesiæ Iudices & Præsides: carcer quip- pe eorum, infernus est; gladius, cruces, eculei ipsa pœnæ & pœnitentiæ; satellites & lic- tores, diaboli. Vnde Paulus, auctoritate sua v- sus, blasphemos aliquos *Satana tradidit.*

Matth. 16.

Hanc autem dignitatem idem Apostolus exaggerans, & regale sacerdotium mirificis laudibus in cælos efferens, ait: *Sic vos existi- met homo sicut ministros Christi.* & alibi: *Pro Christo legatione fungimur.* Id est, Scire vos velim, nos sacerdotes, Christi legatos, nun- tios, Ecclesiæq; illius vicarios generales esse.

1. Tim. 1.

Et sane ipsi sacerdotes Iudices sunt, & iu- dices summi, à quorum tribunalibus ad vl-

Tom. 1. Pars Hyemalis,

lum superius appellari nequit: quorum po- testas adeo ampla & magna est, vt ipsos et- iam dæmones sub se complectatur; & iuris- dictione adeo late patens, vt ad inferos vsque sacerdotii sese extendat. Testem habeo Apostolum, qui sunt. iudiciariam quam à Deo accepit potestatem extollens, ait: *Nescitis, quoniam angelos iudica- bimus?* id est, dæmones, angelos illos iniqui- tatis. Nam quemadmodum rerum Præfe- ctus capitalium, & Auditor castrensis duci- bus & militibus etiam validissimis actionem intemat, & capitis condemnat: ita sacerdos curia cælestis quodammodo præfectus, dæ- monibus dicam scribendi, damnatorumque duces & tenebrarum principes condemnan- di potestatem accepit.

Tanti porro idem Apostolus sacerdotale iniuria ministerium facit, vt illi sacerdoti illatas iniurias blasphemiarum nomine appellet: quo- de ad Corinthios scribens conqueritur: *Blas- phemamur, ac obsecramus.* Merito autem hoc blasphemiam egeratur, & sacerdos eum hoc in mundo repræsentet, proculdubio q̄ huic fit iniuria, Deo fieri censetur, & blasphemiarum loco habenda est. Vnde discipulis suis bene olim ait Dominus: *Qui vos spernit, me spernit:* & ipse exemplo suo sacerdotem hono- randos hodie asserens, leproso præcipit, vt se sacerdoti ostendat.

Diaboli sub iuris- dictione vsque sacerdotii

iniuriæ sacerdoti factæ, bla- sphemiæ sunt apud Deum. *1. Cor. 4.* *Leuit. 16.*

Hinc, obsecro, fideles discant, discant in- quam, filij Dei exemplo, omnes sacerdotibus cultum & reuerentiam deferre, eorum defe- ctus, quârum commode possunt tegere, im- perfectionesque omni ratione velare, quod ipsum allegorice ex Euangelio probabimus: Christus Apostolos reprehensurus, eorumq; incredulitatem pusillanimitatemq; taxatu- rus, naui conscensa eam in altum deuehi in- sist; quo docere voluit, sacerdotum peccata, ne plebi offendiculo sint, omnimodo nobis tegenda & reticenda esse. Eadem materiam ingressus: Nicolaus Papa in litteris ad Ludo- uicum Imp. datis, egregiam & diuinam Con- stantini Magni sententiam in exemplum adfert; qui, dum ad eum Episcoporum non- nullorum peccata & vitia deferrentur, dicere solebat, se, si peccantem sacerdotem aut mo- nachum cerneret, pallio eum suo, ne ab aliis cerni

Sacerdo- rum vitia & defectus tegendi. *Matth. 8.*

cerni posset, confestim cooperturum. quod in peccatis occultis & vulgo ignotis, non vero publicis & cuius notis locum habet: dum enim iam publica sunt & notoria, grauius & seuerius castigari debent.

Debitum igitur sacerdotibus honorem & reuerentiam deferre, Auditores, & Spiritu Sancto sancte per Salomonem monenti auscultate: *In tota anima tua time Dominum. & sacerdotes illius sanctifica; in omni virtute diligere eum quae fecit, & ministros eius ne derelinquas. Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes, & cetera huc optime facienda.* Ad duo autem capita reuocari longior haec oratio potest; vt nimirum Deus ex toto corde diligatur, sacerdotibus vero praereliquis mortalium, honor impendatur, & debita reuerentia deferatur.

Eccles. 7.

Spiritus Sanctus sacerdotibus honorari vult.

Psal. 71.

Sacerdotes montibus comparati.

Sacerdotes sublimiores Angelis & S. Ioanne Baptista.

Maiorem honorem regibus.

Eccles. 4.

Sacerdotum san-

Idipsum & Psaltes, sed obscure admodum & implicite, habet: *Et erit firmamentum in terra in summis montium, super extolletur super Libanum fructus eius.* Ad litteram de Ven. Eucharistiae Sacramento Vates hic locutus est, vt e varia loci huius lectione vnam tamen & eundem sensum efficiente, erui potest. Est enim qui legit: *Et erit in terra panis substantialis*; alius vero: *Erit sacrificium panis*; tertius denique; *Erit in terra vna torta panis*. Porro per celsos illos montes, sacerdotes intelligit, qui vere montes Dei dici possunt, quod nullus iis in Ecclesia sit altior aut sublimior: adeo vt vnus nouae legis sacerdos omnes veteris Testamenti Leuitas, Sacerdotes, Patriarchas, Ioannem etiam Baptistam, ipsos quidem Angelos, dignitate & meritis longe antecellat.

Atque ideo maiorem etiam, quam Princeps aliquis saecularis aut mundi huius rex honorum & venerationem merentur, vt propemodum adorandi & colendi esse videantur. Censuit hoc etiam Regum omnium sapientissimus & amplissimus Salomon, dum ait: *Sacerdoti humilia animam tuam, & Principi caput tuum.* Vnde manifeste colligitur, sacerdotes potius quam Reges, venerandos & honorandos; vt pote quibus anima, cum regi caput tantum detegi velit, aperienda sit.

Magna quidem, fateor sacerdotum dignitas & excellentia, sed vitae quoque sanctitas

etiamque honestas eidem per omnia respondeat necesse est. Quod veteres egregie quodam emblemate expressere, dum lenem oportet. quendam dextra solem, sinistra horologium tenentem finxere. Solare iubar, ita presbyteros vitae sanctimonia & honestate elucere in terra debere ostendebat, vt sol in caelis omnia radiis illustrat, & lumen effundit copiosissimum; quo in iis locum habeat diuinum illud Pythagorae symbolum: *Aduersus solem ne loquaris*: id est, noli repugnare aut aduersari, noli reprehendere eum qui inculpate viuunt, noli vitam illius carpere quae instar Solis, vt quidem Paulus Scaliger exponit, collucet. Adeo vt sacerdotum vitam de quibus Christus ait: *Vos estis lux mundi*, instar solis nihil reprehensibile continere oporteat; omnes enim ad eorum vitam vitae suae iter dirigant & componant necesse est. Et quemadmodum Persarum reges solis imaginem vitro inclusam, cum ad bellum proficiscebantur, semper praeferebant, eamque dum praerelium conficienda esset, in tentoriis omnium oculis exponebant; ita sacerdotes soles esse debent & ductores, qui Ecclesiae agmen tam domi quam belli dirigant & praecedant. Horologium porro, quod horas & tempora distinguendo indicat, & directione sua vniuersam urbem gubernat, denotat; ad proborum sacerdotum exemplum vniuersam rempublicam componere, & ab iis dependere debere. Atque haec est ratio, cur leprosum hunc seruator ad sacerdotes destinet, eique debitum pro adepta mundatione munus & in lege praescriptum offerre praecipiat.

Mandauit leprosis Deus olim, vt quando a lepra mundati essent, in grati animi signum, actionemque gratiarum, duos passeris offerrent. quo facto memores nos beneficii esse debere insinuauit, ne ingrati diuinis arguamur, & ad maiora amplioraque suo tempore recipienda indigni reddamur: displicet enim Deo mirum in modum ingratiuitudo eius qui e peccati tenebris ad lumen gratiae rediit, & a lepra animae praer qualibet corporis maxime pertimescenda, mundatus est. Detestabatur hos ipsos Dauid omnemque ingratiuitudinem oderat, nam in beneficii accepti agnitionem dicebat: *Benedic anima mea Domino, & noli.*

Li. 4. Epist. Matt.

Cal. 9. Rhodig. lib. 5. cap. 2.

VII.

Peccator admittitur in gratiam sit. Deo exosus est.

Psal. 102.

Et noli obliuisci omnes retributiones eius, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas.

Exech. 46. Voluit olim Dominus eos, qui templum ingrederentur, per aliam ianuam eodem egredi, ne egredientes Propitiatorio tergum obuerterent, adeo ut qui per australem portam intrassent per septentrionalem egrederentur. Verba decreti sunt hæc: Porro qui ingreditur per viam porta meridiane, egredietur per viam porta aquilonis: non reuertetur per viam porta per quam ingressus est, sed à regione illius egredietur. Denotate mystice hæc cæremonia voluit, insignem ingratitude notam esse, post acceptum aliquod à diuina misericordia beneficium, tergum eadem obuertere, & datoris amantissimi obliuisci.

Cant. 1. 9. Sponsus cum dilectæ suæ pulchritudinem demirans, singula illius membra describeret, & catalogum quodammodo congestarum in eam dorum texeret, ab oculis initium sumpsit, quos columbinis similes esse ait: *Oculus tuus sicut columbarum.* In quo insignem illius gratitudinem indicare voluit: solet namque columba, ad singula quæ deuorat grana, oculos cælum versus extollere, quam fideles omnes imitentur oportet, ut ad singula quæ cælitus recipiunt à largitore omnium Deo beneficia, cor & oculos in altum sustollant, quo Deo immensas gratias agant, seseque gratos exhibeant.

Ingratitudinem detestandam, & Christianis fugiendam! quam Dauid Propheta morte & inferno castigari exoptat: ait quippe: *Conuertentur in infernum omnes qui obliuiscuntur Deum*, id est, morte omnes amarissima extinguantur, & ad inferos præcipitentur quasi vita indignissimi, qui post gratias ac beneficia plurima cælitus accepta, Dei datoris obliuiscuntur, & ingratos se erga munificentissimum largitorem ostendunt. Hæc porro Bernardus suis depingens coloribus, ac magnopere detestatus, his nominibus appellauit: *Ingratitudo est quasi ventus exsiccans, & ardens fontem pietatis rorem misericordie, fluens gratia.*

Ingratitudinem solius Dei Nulla legibus humanis, ut bene notauit Seneca, ingratitude pœna statuta erat: sed, quia ingens eius malitia est, idcirco soli Deo

eius castigatio est relicta, quo iuste & rigide in eam tandè aliquando animaduertat. Hinc rogatus olim Diogenes, ut refert Ælianus, quid omnium citissime senesceret & emoretur? beneficium, respondit: irrogatas siquidem iniurias marmoris & æri inscribimus; beneficia vero ab aliis accepta pulueri, eorumque memoriam quamprimum intermori patimur.

est castigare. Lib. 4. Var.

Eia igitur Christiani, agnoscamus que nobis Deus contulit beneficia, ingratitude detestemur, sacrificia donaque nostra illi offeramus, sacerdoti nos sistamus, coram confessoribus appareamus, leprosos & male habentes, id est impios & sceleratos procul à nobis pellamus, eorum familiaritatem & commercium fugiamus, bonis & honestis assuescamus: nam, ut impiorum societas noxia & Probatorum damnosa, ita sanctorum utilis, & magna societas cum commoda trahens. Mortui cadauer ca- vtilis est. 4. Reg. 15. su in Elisæi sepulchrum deiectum, quamprimum ut ossa Prophetæ attingit, redanimatum subito in pedes constitit. Docet hæc nos allegoria, ad solum bonorum, iustorumque contactum, familiaritatem, consuetudinem, scelerata illa & putrescentia cadauera, peccatores inquam, in quibus gratia iam mortua est, reuiuiscere & recreari posse. Carbores extincti iam & mortui, prunis admoti candentibus ignem concipiunt, & ignescentes ardorem emittunt. cum peccatoribus eodem agimodo certissimum est: sola quippe conuersatione familiaritateque iustorum, ad virtutis studium pietatemque velut igni admori, accenduntur, sopitaque pietas ab eorum ardore vires sumit & inualefcit. Hos igitur in socios admittamus, horum à latere non recedamus, leprosos vero & peccatorum maculis deformes declinemus, Deumque eadem opera rogemus, ut lepras tam eorum, quam nostras benignitate sua emundet.

Cœclusio.

Probatorum societas vtilis est. 4. Reg. 15.

Hoc igitur ingenua prouoluti, humillimè te prece contendimus, omnipotens rerum Pater. Omnes, fateor, peccatores sumus, ac proinde leprosi; peccatum siquidem vera animæ lepra est. At si velis, sanare & mundare nos potes, clementissime Deus; non minus enim tua hic voluntas, quam potentia, requiritur. Vtrumque igitur nobis pro tua

Q 2 beni-

benignitate concede, concede inquam, vt quod tua in rem nostram potest potentia, simul etiam velit voluntas. Tu quippe, & cœlestis Æsculapi, cœlo ad morbos persanandos, & præsertim ad lepram emundandam, delapsus es: Tu nos igitur, summe Blisæ, velut Naamanes, passionis tuæ Iordane ablue, tu nos, & summe Sacerdos, crucis tuæ hyslopo, pretioso sanguine tuo cruëta asperge, vt potenti manu tua sanitati restituti, postquam coram sacerdote, ex legis Euangelicæ præscripto, apparuerimus, tibi vota nostra & laudum sacrificia in hoc mundo offeramus, expectantes interim, donec in altero te laudare, in quo omnis beatitudo nostra sita est, mereamur. Huc porro nos deducere summi Patris, & Filij, & Spiritus sancti Maieestas dignetur, Amen.

DOMINICA QUARTA
POST EPIPHAN.

Partes.

1. Quod Dei omnipotentia in mari declarare soleat.
2. Quod mare sit mundus.
3. Ecclesia nauis.
4. Quomodo in aduersis nos præcat Christus exemplum discipulorum inuitet.
5. Motus magnus cur factus.
6. De satisfactione Apostolorum.
7. De dormitione Christi.

Ascendens Iesus in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius. Matth. 8.

FIGURA.

Ionas Propheta cum in altum à facie Domini fugiens, naui deuectus esset, tanta subito tempestas exorta est, & naue fluctibus ventorumque turbibus agitata, omnes qui eadem vehebantur certissimum vitæ periculum adierint. Vota hic singuli diis facere, penatibus supplicare, nauem exonerare, merces in mare deiicere, & hæc, vt mortem instantem effugere, & optatum ingredi portum valeant. Et ecce, ad omnem hunc stre-

pirum, ad procellarum ventorumque furias Ionas non expergitur, sed vtramque in aurem securus dormiens, in carina delitescit: quem vbi stertentem nauarchus excitasset, his eum verbis aggressus est: *Quid hic rerum agis amice? an non vides, extremo nos discrimine versari? quin expergitur, Deumque tuum etiam inuocas, vt nostri misertus nos naufragij periculo eripiat, & sospites in portum siltat? Cui respondens Ionas, ait: Noli turbari aut percelli vir bone, vnica tempestatis sedandæ marisque pacandi ratio est, si me in profundum deturbaueris. Quod quauis nauæ, rei horrore perterriti, tacere initio detrectarent, tandem tamen sui saluandæ ergo, eum in profundum præcipitem dederunt; quo facto pacatum mare, & omnis tempestas refedit. Ad viuum casus hic historiam Euangelio hodierno comprehensam repræsentat, in qua Christo cum discipulis nauiculam ingresso orta tempestas dicitur, & tam saua quidem, vt omnes submersionem vererentur, & magistrum in nauis fundo instar Ionæ dormitantem, excitarent dicentes: *Heu Domine, salua nos, perimus.* Et quamuis excitatus Dominus tunc in mare se deiici non præceperit; venient tamen dies, in quibus, Ionæ exemplo, maioriq; cum ærumna (quod Ionas sospes adhuc in littus eiectus sit) in passionis Oceanum deiicitur, in quo & exspirauit, & moriens fluctus, quibus homines in hoc mundo concutiebantur, compescuit: quamuis & ad imitationem Ionæ, quem tertia die cœtus in littus exspuit, post triduum à morte resurrexit. Quid præterea Dominus in hac tempestate fecisse scribitur: imperauit ventis, & eorum rabiem refrænauit, dictoq; citius tumida æquora per Neptunia arua resederunt: adeo vt omnes admirantes nimis stupore perculsi dixerint: *Quis est hic, quia mare & ventus obediunt ei.* Hanc Euangelij nostri ager segetem profert, quam & in aurium vestrarum horreum inferre contendam, si æterni Patris Sapientia, maternis precibus inuocata, auxilium mihi & opem ferre non dignetur, atq; ideo communi suffragio eam compellemus dicentes: *Aue Maria.**

Ea omnium semper opinio fuit, Auditores, terram & mare & omnia quæ in iis sunt, præ